



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Fulvii Androtii Societ: Iesv Theologi Opuscula spiritualia

Androzzi, Fulvio

Coloniae, 1611

Quid vidua agendum sit cùm filijs suis & alijs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48641)



est morum maturitas & grauitas, vt facile ac merito munus docendi subire possint. Illa interim vidua que & sensibus & ætate, simul prouectior est, etiã maiori cū fructu alijs prærit. Si igitur vidua his rebus instructa, obseruabit diligenter, id quod sæpius dictum est, instruendo multum proficiet cum alijs.

---

*Quid vidua agendum sit cū filijs suis,  
& alijs.*

1. Vidua habens filios, non carnaliter vel sensualiter, sed bene spiritualiter illos amabit, neque illis optabit bona temporalia, plura quàm ad salutem necessaria sunt, pro statu & conditione sua.

2. Neque sollicita erit nimium, vel se occupabit, vt ditescant, vel vt magnifiant in mundo; sed potius vt non offendant Deum, & ne vani sint, vel destituti diuinjs spiritualibus, quæ sunt Charitas, gratia Dei, virtutes & dona Spiritus sancti, vna cum bonis operibus & exemplis; debet alios interim frequenter, & feruenter Deo cōmendare, vt illis sit in patrē protectorem, & refugium seu saluatorem, gubernatorem & ducem.

3 Ad-



3. Adhortabitur illos quoque ad pietatis opera & exercitia, ad visitandum Ecclesias, ad frequentandum sanctissima Sacramenta; vbi autem viderit illos offendere Deum corrigat, castiget eos in Charitate, constituendo sibi ante oculos, exemplū deuoræ illius & piæ matris S. Luduici Galliarum regis, quæ illi solebat audacter dicere, fili, optarem te potius mori, quàm vel vnico saltē peccato mortali offendere Deum creatorem tuum.

4. Si habet seruos, vel ancillas, non defraudabit illos, sua mercede, sed promptè & magna cum animi hilaritate illis satis faciet.

5. Et postremò sciatur etiam hoc vidua, quod nimia rerum temporalium sollicitudo, procedit ab amore carnali, & prohibita est à Christo. Graue quoque peccatum est, quod impedit quietem, ac pacem mentis, & cor coninudè affligit; generat superfluas occupationes, varias distractiones, & fluctuantes animi cogitationes, neque permittit vt quis orationi vacet, vel cū attentione diuinum officium recitet, impedit quoque piæ & sanctas meditationes, & nō permittit homini requiem, ne dum etiam nocte.

240